



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 109. Libertatis perficiendæ negotium Madriti continuatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI. Ceterum Rex captus Ducissæ Regias
A.C. 1525 tradidit literas, quibus Delphino ejus
 filio Regni administrandi facultatem con-
 cessit, eumque in Regem coronari per-
 misit. Hoc facto palam testabatur, quod
 potius in carcere mortem oppetere, quam
 inquis conditionibus sibi propositis li-
 bertatem suam redimere velit. Posthæc
 Cæsar Alenconiam Ducissam abeuntem
 insequi, illamque finito liberi commea-
 tus termino comprehendi jussit; verum
 illa iter suum tanta celeritate perfecit,
 ut ultima die, qua datæ securitatis li-
 teræ exspirabant, vix non Franciæ fi-
 nes attingeret, ubi Claremontius eam
 præstolabatur, ac tam valido præsidio
 munitam excipiebat, ut Cæsar is jussa exe-
 qui non auderent illi, qui eam inseque-
 bantur.

§. CIX.

*Libertatis perficiendæ negotium Ma-
 driti continuatum.*

Quamvis Carolus Cæsar Toletum ad
 Regni comitia reverteretur, non
 tamen ob ejus absentiam Madriti cessa-
 vit libertatis Francisco Regi procuran-
 dæ negotium. Hanc in rem Joannes de
 Selva duas pacis ineundæ vias proposuit,
 per quarum primam fœdus inter utrum-
 que Monarcham sanciendum censebat,
 ut eorum querelæ utrinque extinqueren-
 tur,

tur, quo consilio Carolus Imperator clariorem longe laudem, nomenque Cæsarea Majestate dignum consecutus fuisset. Alterum autem concordiæ medium erat, ut vel certum libertatis petitæ lytrum Regi præscriberetur, vel præscriptum mitigaretur, eo quod æquitatem excedere viseretur.

Sæcul. XVI.A.C. 1525.

§. CX.

*Postulata Cattinarae Cæsarei
Cancellarii.*

Ad hæc reposuit Cattinara Cancellarius, prius tollendum esse dissidiorum somitem, ac demum de solida inter utrumque Monarcham pace agendum; hanc in rem Regis jussu Cæsaris postulata fuisse discussa, ea que probe examinata, nullatenus immodica, sed potius valde moderata censeri, additque cum Cæsar, quamvis Occitaniam, & Delphinatum, utpote Regna Imperio, vel Arragoniæ obnoxia prætenderet, ac nequidem Franciscus justum præscriptio-nis titulum opponere posset, pro sua tam modestia nonnisi Burgundiæ Ducatum postularet, quem Ludovicus XI. Franciæ Rex iniqua usurpatione Mariæ de Burgundia, quæ Caroli V. Avia, & Caroli postremi Burgundiæ Ducis filia erat, eripuit.

Nn 4

Præ-